AUGUSTINUS. HIERONYMUS
Saint-Amand (?) und Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 299
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



talia facta nostrorum de nouo enim testamento ostendi quidem
non posse quod iustus quisquam interfecerit aliquem. Sed tamen
illud probari posse ipso exemplo dni. sceleratos ab innocentibus fuisse
toleratos. Traditorem enim suum quia iam praeterium eius acceperat
usque ad ultimum osculum pacis inter innocentes secum esse perpessus est.
Quibus non tacuit esse inter illos tanti sceleris hominem et tamen
primum sacramentum corporis et sanguinis sui. Nondum illo excluso.
Cum muniter omnibus dedit quo exemplo. Cum prope omnes mouerent
Temptauit dicere ante passionem dni. Communionem illam.
Cum scelerato non obfuisse apostolis quia nondum habebant baptis
mum xpi sed baptismum iohannis. Quod postea quam dixit.
coepi ab eo querere quemadmodum ergo scriptum est. quod ihus
baptizauerit plures quam iohannes. Cum ipse non baptizaret
sed discipuli eius hoc est per suos discipulos baptizaret. quomodo
ergo dabant quod non acceperant. quod ipsi maxime solent
dicere. An forte xps baptismo iohannis baptizabat. Deinde
in hac sententia multa quaesiturus eram. quomodo ab ipso
iohanne tunc quaesitum sit de baptismo dni. et responderit
quod ille haberet sponsam. et ille esset sponsus. Numquid ergo
fas erat. ut baptismo iohannis baptizaret sponsus. id est
baptismo amici uel serui. Deinde quomodo poterant eucha
ristiam accipere. Nondum baptizati. Aut quomodo petro
uolenti ut totum se lauaret. responderit. Qui lotus est semel
non eum oportet iterum lauari. sed est mundus totus. Perfecta
enim mundatio. Non in iohannis sed in nomine dni baptisma est.
si eos sed ignum sacramentum in eo. non ad salutem sed ad perniciem
permanebunt. Tamen cum ego ista quaesiturus essem. etiam
ipse uidit de baptismo discipulorum dni. Non sibi fuisse
quaerendum. in deitum in aliud. multis ut poterant utrumque
sermocinantibus. Inter quae dictum est quod adhuc eos nri